





M

EXAMEN  
**MIRACVLI LEGIONIS FVLCI-  
NATRICIS**  
CONTRA  
**THOMAM WOOLSTONVM.**

---

DISSERTATIO III.

---

QVAM  
PRAESIDE  
**SIGISM. IACOBO BAVMGARTEN**  
THEOL. D. ET PROFESS. ORDIN.  
D. AVG. MDCCXXXI.  
H. L. Q. C.  
DEFENDET  
**ARETIN ISRAEL BANDELOW**  
MAGDEBURGENSIS

---

HALAE MAGDEBURGICAE  
SVMTIBVS IO. ANDR. BAVERI, MDCCXXXXI.



## §. XXXI.

Alter testis **C LAUDIVS APOLLINARIS** (§. XXXIII. III.) continuatur  
ne aequari quidem hac in re **TERTVLLIANO** poterit, tantum  
abest ut ipsi praeferatur. Vetusior quidem est et tempore pro-  
prius ad rem controversam accedit, loco tamen et vitae genere  
aeque saltem si non magis absuit ab occasione habendi huius noti-  
tiae quidquam a testibus ocularis et plene immediatis (1). Ipse  
certe **EUSEBIUS** multum auctoritatis detrahit eius testimonio,  
quum verba ipsius recitat, neque librum unde desumserit excitat;  
quod utrumque alias eidem solemne est, et immediate post hanc  
allegationem in **TERTVLLIANO** producendo factum est, cui  
praeterea praerogatiuam tribuere videtur, dum **μάρτυς ἐπ τούτων**  
ait **γέρων ἀξιοχειρώς Τερτυλίανός**, quibus verbis si non fide  
indignum **APOLLINAREM**, **TERTVLLIANVM** saltem ea dignio-  
rem haud obscure pronuntiat, atque hac re efficit, ut alterutrum  
suspicentur qui a credulitate abhorrent, librum hunc **APOLLI-**  
**NARIS**, vel ab ipso numquam lectum, quum scriberet certe non  
inspectum, vel sublestae fidei visum fuisse (m). Quidquid vero

I de

(1) **APOLLINARIS**, quem graeci **APOLLINARIVM** scribunt, **hierapo-**  
**lititanus** episcopus fuit in **Asia** sub M. ANTONINO VERO celebris. De  
quo agit **HIERONYMVS de vir. illuſtr. c. XXVI.** et ex illo **HONO-**  
**RIVS Augustodunensis de script. eccl. lib. I. cap. XXVII.**

(m) **MOYLIVS** I. c. (prooem. c.) p. DCCLXV &c. tria coniicit, **primum**  
quum omnes **APOLLINARIS** libri ab **EUSEBIO** viii eodem teste  
scripti fuerunt ante natam **MONTANI** festam, atque adeo etiam ante  
quam hoc miraculum contigerit, praeter unum illum, quem montani-  
stis oppofuit, admundum improbabile videri mentioni in hac montani-  
starum oppugnatione loetum fuisse opportunum; **deinde** aliorum fide,  
**APOLLINAREM** excitantium, **EUSEBIVM** ad illum prouocare po-  
nuisse; ipsum **tandem** librum, si quis exstiterit sub **APOLLINARIS**  
nomine, qui hanc rem narraverit, subdiuitum fuisse, idque silentio reli-  
quorum scriptorum omnium, praeter recentiores **XIPHILINV** et  
**NICEPHORVM**, eundem tamen ex **EUSEBIO** allegantes, compro-  
bari, quum vix verisimile putandum sit nullam grauissimi huius testis  
coenit rationem fuisse habitam. Vereor tamen ut has coniecturas ocu-  
latoribus persuadeat, qui facile perspicient quam multis exceptionibus  
infirmari

de eo senserit **EUSEBIUS**, ipsum testimonium allegatum sola denominatione legionis *fulminatricis* nititur, unde haud improbabilis coniectura enascitur **APOLLINAREM**, si quid huius rei scripsit, **cam ex rumore victoriae inusitatæ et diuinitus concessae per orbem romanum vagato habuisse**, atque illorum opinionem, qui precibus christianorum hoc beneficium tribuerunt, diuinando copulasse cum legionis in vicinia dispositae (n) appellatione, **quam ex hac occasione ipsi inditam arbitratus fuerint**, eodem ratiocinio usus, **quod XIPHILINVS postea ex hoc ipso forte APOLLINARIS loco, mirifice vrisit et exceptione maius existimauit** (§. VII).

## §. XXXII.

suspicio cre-  
dulitatis te-  
stium.

Restat tertia obieccio, qua fidem testibus huius miraculi secure habendam infirmatum eunt illius aduersarii (§. XXIII. XXXVII.), dum eosdem credulitatis suspectos reddere conantur. Vbi tria agunt, qui illam his testibus dicam scribunt. **Pri-**  
**mum indubium esse**, et extra controversiam possum pronuntiant veterimos ciuitatis christianaæ doctores in vniuersum omnes a cre-  
dulitate

infirmary possint. **Maiori iure idem EUSEBIVM vituperat post va-**  
**LESIVM**, quod citationem expressam neglexerit, eaque in **RE KIN-**  
**GIVM** habuit consentientem I. c. p. DCCLXVIII, qui tamen ipse noua  
coniectura ad amolendam tertiam MOYLII suspicionem excogitata  
plus detrahit hunc testimonioum, quam forte intendit, dum suspicatur  
**EUSEBIVM** in nomine auctoris lapsum fuisse. Ea enim ratione vix  
quidquam valebit auctoritas incerti hominis, quem penitus ignoramus.  
(n) **Historia stationum huius legionis XII seu fulminatricis a MOYLO l.c.**  
(prooem. c.) p. DCCLX &c. et DCCLXVIII &c. studiosissime conse-  
cta abunde demonstrat eam a **VESPASIANI** tempore in **Cappadocia**  
seu **Armenia** minore dispositam fuisse per secula bene multa, vnde  
non solum coniicit **GREGORII Nysseni** errorem fluxisse, qui sine  
**APOLLINARIS** narratione, sive propria coniectura seductus miracu-  
lum, vt in **Armenia** non **Pannonia** aut **Germania** patratum perhibere  
videtur (§. V), verum etiam p. DCCLXXXIII non improbabiliter col-  
igit, **non miraculum legionis nomen dedisse**, quod indubie iam du-  
cibat infirmum gesserat, **sed nomen legionis effecisse**, **vt ea miraculum hoc pre-**  
**cibus suis a Deo crederetur optimuisse**. Quam coniecturam argumen-  
tacionis (xiphilini) (§. VII) ratio apprime comprobatur, ad solam hanc  
denominationem redeundum.

LEGIONIS FVLMINATRICIS. LVIII

dulitate praecipitatoque consensu in rebus e re sua fore visis non satis abhoruisse inumerosque subditios libros, spuriis et sublestae fidei narrationes atque indubia commenta obtrudi fibi, atque adeo misere imponi passos fuisse. Qua in re, qui hanc accusacionem modestius et speciosius struunt, atque leuissime proponunt, a nobis inexcusatus peccari existimant superstitiosa assentatione, credula leuitate, negletoque curatori dictorum ab illis examine, quam ab ipsis vetustioribus scriptoribus, qui et temporum culpa a seueriori veri certique disciplina destitutorum, et abundantiori candore nimaque integritate a fraudum suspicione credendique difficultate alienissima, in hunc errorem inciderint (o). Deinde peculiarem hanc literam aduersus principes miraculi testes TERTULLIANVM et APOLLINAREM (§. XXXIII) instruunt, eosque crudelitatis incusant. Priorem criminant leuitatis huius suspectum ac reum se fecisse, tam inexcusabili delapsu in partes MONTANT pertinacique somniorum et vaticiniorum a factione insinuata iactatorum defensione, quam narrationibus rerum bene multarum non a vero tantum certoque sed ipsa verisimilitudine remotissimarum, in quibus prouocatio ad acta PILATI TIBERIO transmissa huic usque rogationem de CHRISTO in deos referendo (p) emineat. Posteriorem vero negant a nobis omni librorum ab ipso scriptorum copia destitutis diiudicari posse, quantum satis est ad iustum

I 2

autem

(o) Huc redeunt quae LARROQVA NVS (§.XXIII. c) p. DCX, DCXXIIII &c. protulit, et MOYLIUS (proem. c) p. DCCCCLVIII &c. et DCCC-LXXVII &c.

(p) TERTULLIANI apol. Vet. c.XXI. Sic sollicitant TERTULLIANVM LARROQVA-NVS I. c. p. DCXXV &c. et MOYLIUS I. c. p. DCCCLXII &c. cui posteriori nollem duriora quaedam verba excidisse scriptori plus dedecoris allatura quam grauissimo auctor, quem calumniatur, atque hominem amiculorum somnis et visionibus deditum, vanum, summopere levem et credulum atque fanaticum turpiter errantem non sine supercilie et bile pronuntiat, NIC. MALEBRANCHII suffragio parum iuvandus, cuius auctoritatem ex lib. II de inquirenda veritate part. II. cap. III p. ed. lat. CLVI &c. excitat. Nemo enim, cui MALEBRANCHIUS vel medicorum notus est, ipsius sententia standum esse arbitrabitur in diiudicandis vitiis imaginationis et ingeniorum fanaticismo.



auctoritati testimonioque ipsius pretium statuendum, amoliendamque suspicionem, si non fraudis, credulitatis certe, quam ipsa haec narratio, quae ex ipsius libris sola aetatem tulit atque aperte falsa est, oculatiori cuius indubie faciat, et cui ipse **EVS EBIUS** parum tribuere videatur pertinaci silentio, quo non solum hoc loco (§. III) ipsius verba reticuerit, recitato licet **TERTULLIANI** recentioris testimonio, verum etiam alibi (q) praeterierit contra consuetudinem excerpendi veterum monumenta (r). **Tertianus** credulitatis actionem reliquos scriptoribus intendunt, hos auctores in perhibendo miraculo secutis. Quae multiplex est. Nam et **EVS EBIUS** eius rei testem (§. III. IIII) hac suspicione onerant (s), et **GREGORIVM NYSSENVM** (§. V), et **OROSIVM** (§. VI), et **XIPHILINVM** (§. VII), quos, in primis secundum et tertium, eximios prodigiorum helluones fuisse, atque in fabulis insulfissimis auidabliguriendi concoquendisque mirifice excelluisse arbitrantur (t).

## §. XXXXIII.

eadem exami-  
natur.

Grauissimas has accusationes si temere et sine examine admitteremus, veremur ne ipsa facilitate praecipitataque assensione levissimae credulitatis maculam contrahamus, de qua veteribus inuenda laboratur. Quare opus omnino est, ut defensio audiatur rationesque subducantur, quibus illi criminationi vel obuiam ierunt, qui miraculo patrocinantur, vel satisfieri posse atque debere existimant, qui a partium studio abhorrent. Quae ad duplex respondentium genus redeunt. Vnum omni huic accusationi in vniuersum

(q) *bijt. eccl. lib. III c. XXVII et lib. V. c. XVIII.*

(r) *Eo recidunt accusationes LARROQVANI p. DLXXVIII &c. et MOYLIS p. DCCCLVI.*

(s) Stomachofius iterum **MOYLIS** p. DCCCLXI sic scribit: *nec EVSEBIVS nec ullus aliis antiquorum e Christianis scriptorum tanri mihi est, ut in afferenda eius probitate arque ingenuitate multum consumere velim diligentiae, vellem excusare mihi semper EVSEBIVM licet.* Nobis certe id licet, quidquid antiquitatis christianae fastidiosis iudicibus videatur. Neque hoc gladio opus erit ad nodum secundum.

(t) *Eo tendunt quae LARROQVANVS profert p. DCII &c. DCVIII &c. et MOYLIS p. DCCCLVIII &c.*

## LEGIONIS FULMINATRICIS. LXI

sum officit, alterum ad singula oppugnationis capita retundenda pertinet. In *priori* ordine quatuor comparent argumenta. *Pri-*  
*mum* credulitatem, quea vel ex simplicitate et ingenuitate hominum apertorum et fraudis infidiarumque ignarorum, vel ex seueriorum litterarum inscritia rerum naturalium ignoratione artiumque imperitia enascitur, atque ab illa quae vel ex levitate animi ad verum falsumque indifferentis, vel coeco pertinacique partium studio proficiscitur longissime differt, nihil infirmare sed augere potius fidem testimoniorum in rebus gestis enarrandis, iisque perhibendis, quae in sensus incurunt, atque adeo in relatis etiam aliorum fideliter referendis; licet auctoritatem illorum vehementer imminuat in di- iudicandis rerum caassis, subducendis rationibus, inuestigandisque finibus: plus *praeterea* efficere hanc impugnationem veterum scriptorum populi christiani, quam ipsi vituperatores intendant, atque proinde ex illis argumentis esse, quae, dum demonstrationem excedunt, nihil quidquam omnino euincant; concludendum enim esse de omni coniunctione fideque non solum in antiquitate christiana, miraculis saltene rebusque laudabilibus et raro obuiis, verum etiam in vniuersa rerum olim gestarum in primis quotidianarum historia, si testimoniorum auctoritas a dicacionibus huiusmodi cauillationibus penderet, quas nemo vnu grauissimorum antiquitatis, ne cultissimae quidem, scriptorum effugere posset: ipsi porro causae, quae nunc agitur, ab accusatoribus parum consuli criminosa hac impugnatione, planeque suspectam fieri si obtineri nequeat sine his arietibus machinisque ad conuellendam subruendamque scriptorum antiquiorum in vniuersum omnium fidem comparatis, indubius desperatae causae indicibus: neque tandem illa obrectatione opus hic esse ad litem dirimendam, atque non solum satis superque, sed melius etiam atque felicius declinari auctoritatem scriptorum christianorum reliquis obiectionibus missa hac credulitatis accusatione, quae tantum absit a veritate miraculi labefactanda, vt insirmando reliquias obiectiones grauiores verioresque eam potius corroboret; magis enim detrahi de fide illius, si et **EUSEBIUS** subdubitasse dicatur de veritate rei ab aliis narratae (**§. XXXIII. y.**),

et ipse TERTULLIANVS negetur ea perhibuisse, quae miraculi defensores ipsi tribuunt (*§. XXX. XXXX.*), et reliquorum scriptorum christianorum silentium vrgatur (*§. XXIII.*), quam si haec leuitatis accusatio difficilior et periculosior attentetur.

## §. XXXIX.

examen hoc  
continuatur.

In posteriori ordine responsionum per singulas accusationes eundem et inuidiosissimis criminationibus satisfaciendum erit. Prima illarum antiqui scriptores christiani omnes communiter pertinunt, atque de credula leuitate deferuntur (*§. XXXI.*). Quod, ne quid grauius dicamus, temere omnino et incogitanter sit, nec sine grauissima leuitate. Homines esse non desierint priisci christiani errandi periculo non immunes, quibusque bene multa humanitas acciderunt, quod quis quaeso vñquam negavit? Non aequali valuerint sagacitate mentisque acie, neque eandem semper adhibuerint circumspectionem, vt ipsi reliquis vigilantiores et oculatiores subinde dormitauerint. Fuerint nonnumquam circumuenti falsique et in errore inducti aliorum fraude ipsaque veri specie, a qua quotusquisque, fraudum inprimis ipse imperitior, satis sibi semper cauebit? Valebitne harum rerum quidquid sit, ad traducendum omnem ordinem hominum reliqua optimorum, veri reftique cum vitae discrimine studiosissimorum, atque de genere humano erroribus debellatis immortaliter meritorum? Iniquissime ageretur cum mortalibus ipsaque virtute et veritate, quae vtraque ex orbe terrarum proscribetur, si ex uno alteroue hominis facto peculiari, omnis et perpetua illius indoles, immo totum hominum genus omnisque societas, ad quam pertinet, diiudicaretur. Neque exempla commentorum, ad quae maxime prouocant accusatores, vt fidem cauillationis faciant, rem efficiunt cui destinantur, sed contrarium demonstrant. Ipsa enim illorum falsitas cum ex silentio coaevorum scriptorum, et nouitate fabulae, tum ex testimonio eius, quae illam euerunt, comprobari deberet; quod euidenter fatus scriptorum fidem, verique studium supponit atque euincit (*u.*)

Altera

(*u.*) Feliciter id demonstrauit FRICKIUS (*§. XX. r.*) *§. XII* in exemplo volatius

LEGIONIS FVLMINATRICIS. LXIII

*Altera accusatione TERTULLIANVS et APOLLINARIS sollicitantur (§. XXXII).* In priore illum profecto oporterer gnaui-ter leuem et credulum esse, qui contra CYPRIANI, EUSEBII, AVGUSTINI, HIERONYMI innumerorumque et antiquiorum et recentiorum suffragia honorifica, licet naevos ipsius non ignorauerint aut dissimulauerint, vnius et alterius hominis partium studio superciliosque suspecti aut seruore disputandi abrepti mordacibus dicterioris stare vellet. Verum, ne auctoritatibus caussa haec perperam agi videatur, de argumentis propriis dispiciendum est. Quae vtut alia omnia efficiant demonstrantque TERTULLIANVM et obscuritate insigni laborare et incaute de rebus diuinis scripsisse, aut si maius errasse, subinde et austерum suspicacem difficilemque fuisse, neque bile in aduersarios caruisse: varium certe leuem credulum fuisse aut impostorem fide indignum, ne verisimile quidem faciunt, tantum abest, vt euincant, si a delapsu in montanismum discesseris, et prouocatione ad acta PILATI et TIBERII rogationem, quae aliquam speciem habere videntur certo disparitaram, si curatius examinentur. MONTANI et ascclarum secessio a reliquo christianorum coetu, sive praetextu, sive serio licet praepostero et male locato studio instaurandi priscam ciuitatis sacrae puritatem praestantiamque facta duplex discrimen doctrinarum factioni propriarum constituebat, vnum severioris disciplinae cum multiplici rigore rei sacrae priuatae et publicae, alterum donorum extraordinariorum spiritus diuini, vaticiniorum in primis seu inspirationis in populo Christi necessariorum, quod in utroque rem christianam a pristina felicitate decidisse conquerebantur. Quem praetextum separationis, speciosum utrumque sub initii maxime et antequam falsitas iactatorum a secta vaticiniorum appareret, eo in primis tempore, quo neque miracula in populo CHRISTI penitus obsoleuerant, neque recens memoria donorum perierat, quibus patres proximique maiores gauisi fuerant, TERTULLIANVS amplecti et sectari potuit sine recordia mentisque motae aut animi latus SIMONIS magi, quod LARROQUANVS, ut exstantissimum excitauerat ad credulitatem antiquitati christianaee exprobrandam,

mi

mi fanatici significatione. Neque admodum falsum iri arbitramur, qui ad excusandum TERTVLLIANVM coniecerit, tum exteris factionis sectatoribus primis, qui a Phrygia, sede illius, longius absuerunt vaticinia pleraque aut penitus incomperta, aut fama, prout solent longinqua magnificentius narrari, non sine fuso relata fuisse, vt vel sola feueritate religiosa inducti nomen ipsi dederint, vel reuelationibus vase et speciose narratis fidem adhibuerint sine sanae mentis iactura (v); tum etiam TERTVLLIANI secessionem nouam a reliqua *Montanistarum* turba, quae *Tertullianis* ortum dedit, hominis difficillimi grauissimique alienationi a vaticiniorum sublestorum cumulatione tribui debere. In morum enim cultusque religiosi feueritate a se sociorumque austерitate nunquam deficiunt, quare in altera doctrina sectae propria fecus ac reliqui sensisse verisimilime videtur. Altera accusationis demonstratio, qua LARROQVANVS (§. XXXII, p) mirifice effertur in eleuanda TERTVLLIANI fide facilius euaneat. Neutra enim res TERTVLLIANO soli obiecti iure, aut indubie falsa dici potest. Ad acta PILATI, et EVSEBIUS, et OROSIUS, et EPIPHANIUS, et ex quorundam sententia ipse IUSTINVS *martyr* prouocant; rogationem TIBERII duo priores aequae commemo-  
rant. Neque patronis recentissimis caruit vtraque narratio, qui earum causam sic egerunt, vt lis sub iudice adhuc esse, neque facile perditum iri videatur, TERTVLLIANI saltem fides et au-  
toritas

(v) Nollem equidem cum MOYLIO (§. XXXII p) *montanistarum* causam cum recentiorum prophetarum omniisque fanaticorum turba nouissima eandem dicere, aut quosuis et singulos sectae, quae aliquid fanatici trahit, affectas indiscretè fanaticos insulsoisque et mente turbatos pronuntiare. Quod in fictione MONTANI alia opportunitate demonstrari poterit. Quare nec admodum hic laborandum nobis esse putamus de tempore scripti apologetici, licet MOYLIUS in illo constitudo errauerit ut TERTVLLIANVM postquam ad MONTANI partes transferat, haec scriptissime evinceret, quod s. ven. MOSHEMIUS demonstratum dedit (§. II. f). Nostra enim non solum nihil refert, fuerit scriptor iam MONTANI affecta nec ne, verum etiam prius liberalissime largimur si ne caussae detimento. conf. 10. WILH. HOFMANNI, diss. qua *Tertulliani* ambandoque causulis in scriptis monitibus be

Autoritas nullum exinde detrimentum capere possit (w). In APOLINARI autem dijudicando (§. XXXXII) valde veremur, ne temere leuiter et inique agatur, si vel nostris temporibus, quibus libri ipsius omnes dudum perierunt, caussa incognita credulitatis falsique damnetur, vel ex uno loco sine verborum ipsiusmet scriptoris recitatione allegato sublestae fidei suspectus pronuntietur, vel recentiorum suspiciones intempestiuæ omnino contra oculatorem hominum suffragia audiantur, sententiisque praferantur et EVSEBIU (§. III. XXXXII. q) et PHOTII (x), quas libris scriptoris lectis examinatisque tulerunt. Parum praeterea mouemur omissione recitationis verborum scriptoris huius apud EVSEBIVM, quae cum varias caussas alias habere potuit, tum ad hanc litem dirimendam tracta et multa supponit, quae probari nequeunt, et plus efficeret, quam intenditur, grauissimorumque scriptorum, quorum fragmenta in EVSEBIO non apparent, auctoritatem satis iniurie ipsiusque ingratii sollicitaret. Neque iniquitate carere existimamus, plus tribui silentio et omissioni EVSEBIU hoc in loco (§. III), quam disertae ipsius testificationi alibi obviae (y).

## K.

## §. XXXXV.

tulliani, quae superstant omnia in montanismo scripta videri demonstratum iuit §. VIII.

(w) Et veterum loca allegata et recensionem scriptorum locupletem a quibus vtraque narratio, et impugnatur, et defendant exhibent TOB. ECKHARDUS in testimonio non christianorum de christo c. III. §. III. VI-XI. p. LXXXIII &c. et ret. GOTTL. FRID. GUDIVS in pagano christianorum laudatore scđt. I. c. II. §. II et III p. XXXIII &c. Defensoribus ab vitroque commemorationis addi possunt 10. PEARSONINV. leđt. in act. apđt. III. §. III et III. §. XIII oper. pođt. b. p. I. &c. et LXIII &c. vbi impugnationi TAN. FABRI ep. XII lib. II satisfit, THOM. WOOLSTON, cuius diff. de Pontii Pilati ad Tiberium epiph. circa res Iesu Christi gestas per mystagogum Londini prodidit an. CCCCXX, 10. FRICKIVS (§. XX.V) §. XIII, et celebret. MOSHEMIVS infit. hisp. christ. mai. saec. I part. I. c. III §. VIII. p. CVIII.

(x) Biblioth. cod. XIII p. V ed. boſchelianae, vbi sic pronuntiat: αὐτόλογος δὲ ὁ ἀνὴρ καὶ Φράσεις αὐτολόγῳ κεχεημένος.

(y) Hisp. eccles. lib. III c. XXVII et XXVI vbi ipsum NELITONI similem pronun-

## LXVI DE MIRACULO

§. XXXV.

idem finitur.

Restat *tertia accusatio* contra reliquos scriptores antiquos APOLLINARIS et TERTULLIANI auctoritatem securos in commemo-  
rando miraculo (§. XXXXII). Vbi tamen ipsi actores faciunt,  
vt litem plane non contestemur. *Primum* enim in numero testi-  
um christianorum ineundo vehementer postulant, et iure quasi  
exigunt, vt nulla plane horum scriptorum, qui ab antiquioribus  
relata referunt, ratio habeatur; atque ad paucitatem testimoniis spe-  
ciosius virginiana valde afflueranter pronuntiant, uno duntaxat te-  
ste TERTULLIANO, aut summum duobus, hoc et APOLLINARI  
fidem miraculi nitit, reliquos ad numerum augendum ineptos at-  
que intestabiles esse (2). Quia in re neque nos ipsis admodum re-  
fragamur (§. XXXII-XXXIII, XXXVI), quos tamen eam  
ipsam ob caussam in labefactanda horum scriptorum perspicacia  
et fide nunquam habebunt suffragatores. Satis enim ad rem con-  
ficiandam esse arbitramur, illos scriptores intactos inuiolatosque  
relinqui, neque testimonii in neutram partem profuturi quidquam  
sollicitari; quum, si vel maxime a vero abeget ipsa narratio, illorum  
certe inculpatus error foret, qui praeueentes sequuntur, et antiquior-  
um fide ab ipsis relata referunt, etiam si dudum lecta memoriae  
lapsu aliquantum alterarent. *Deinde* ipsa falsi actio, quae contra  
TERTULLIANVM ET APOLLINAREM, ipsumque miraculum intenditur  
ita comparata est, vt hi testes secundi, EVSEBIVS saltem, sine accu-  
sationis detimento auctorumque praeuaricatione, atque interna ab  
ipsis dictorum pugna et contradictione, vellicari nequeant. Parum  
certe sibi constarent criminationes, sed aperte inter se committe-  
rentur, si tantum EVSEBIO tribueretur, vt ipsius praeiudicio et mi-  
raculi fides, et principum testimoniis auctoritas infirmari, atque ob  
nonnullas animi subduditabundi significationes (§. XXXIII, y),  
ipsumque silentium tam iudicij de APOLLINARI, quam recitationis  
verborum

pronuntiat, atque de ambabus scribit διαπεπτός ἡματίον. cui suf-  
fragatio SERAPIONIS antiocheni addi potest, qui teste EVSEBIO hb. V.  
c. XVIII. ipsi plurimum deserit.

(2) Id agit LARROQVANVS p. DCCCLXV &c. DCCCLVIII &c.

## LEGIONIS FULMINATRICIS. LXVII

verborum ipsius (§. XXXXI. XXXXII) labefactari putaretur, nihilo tamen secius idem breui post vanus, leuis, et credulus scriptor haberetur. Prius enim omni specie caret, nisi EVSEBIVS admodum sagax fuerit veri certique perquam studiosus, atque naris adeo emunctae et acutae, ut falso incertum et veri dissimile statim ipsi subolerit: posterius vero perinde est, ac hebetem illum dicere, obtusum, bardum, stupidum et veri certique, vel insigniter ignarum, vel plane incurium. Quae sane diuersissima et si quae vñquam sibi opposita, qua ratione in uno homines eodemque eius scripto coire et simul considere possint, nos quidem ignorare fatemur cum ignarissimis. Quare quum prius non solum vnanimi veterum recentiorumque consensione, innumerisque librorum historiae christiana ab ipso scriptorum documentis (a), exploratum habeamus; verum etiam ad vim accusationis intendendam aduersariosque ab inexcusabili leuitate et contradictione vindicandos inseruat: pace ipsorum fiet, ut posterius falso esse asseueremus, EVSEBIVMQUE credulitatis absoluamus. Neque agre fere LARROQVANVS alteram criminationem, qua EVSEBIVM vaferimae simulationis fraudisque desert, parum expendi aestimarique. Quidquid enim de versutia EVSEBII accommodandi scriptioñem saeculi genio in cumulandis prodigiis comminiscitur, *ut e memoria hominum veteris suae defectionis, ac a POTAMONE quondam exprobatae suspicionem deleret* (b), ita repugnat et indubiae EVSEBII indoli et tem-

K 2

porum

(a) Quorū referri debent *primum* exacta auctōrum, quos sequitur, allegatio, ipsumque recitandi eorum verba studium, ut aliquot libri centoni, quam historiae similliores sint, quod non eloquentiae silique ignorantia, sed fidei homini tribuendum est; *deinde* sollicita librorum spuriorum et suspectorum a genuinis et pro indubius habitis separatio, quae tanta fuit, ut subinde suspicione nimia excedere, atque in iplos libros diuinitus in literas relatos iniurii esse videatur; *praeterea* seueritas improbandi credulitatem aliorum, quae ex iudicio de PAPIA lato lib. III. c. XXXVIII aperte elucet; et ipsa tandem paucitas narrationum, et exigua libri moles, quam mirifice augere potuisset, si corradensis fabulis incertisque narrationibus indiscretē indulgere, quam posteritati verum certumque prospicere maluisset.

(b) Verba sunt LARROQVANI l. c. p. DLXIII, quae FRICKIUS l. c. §. XII. refutaturus



## LXVIII DE MIRACVLLO

porum rationibus ut, si leuissime diuidicetur, incogitanter et prae-  
cipitate scriptum esse videatur. Nam POTAMONIS beracelopolitani  
obrectatio antea inaudita, et ne tunc quidem probata, in concilio  
Tyri habito an. CCCXXXV demum hanc suspicionem mouit (c),  
de qua proinde amolienda et delenda EVSEBIUS laborare non po-  
tuit in scribenda historia christiana, quam ante annum CCCXXVI  
confignauit, saltem non posthunc annum scriptis (d): neque pro-  
fecto in controuersia de filio dei communis antistitutum sententiae,  
quod ab initio non sine discrimine siebat, refragaturus fuisset, aut  
graftanti et in aula familiaque CONSTANTINI acceptissimae venera-  
tioni imaginum obuiam iturus (e); si tantum apud ipsum valuissefet  
defectionis pristinae sibi obiciendae formido, aut superstitionis  
studio crimen expiari, obrectationes saltem effugi posse existimas-  
ser. Mirifice interea augetur hac noua EVSEBII criminatione, prior-  
ris infirmitas et certissima falsitas, sola enim evidenter innocentiae  
viri grauissimi, et a credula leuitate alienissimi pertinacissimo et ex-  
tremo tentanti aduersario eam extorquere potuit.

### §. XXXVI.

futaturus scribere forte voluit, debuit saltem: *quis enim scripta EVSE-  
BII non ante illum cum Potamone congressum produisse affererabit?* id enim non solum indubium esse, quae hic sequuntur, demonstrant,  
verum etiam accusationem euertit, quae stabiliretur magis quam infir-  
maretur verbis cum omissione negationis prolatis.

(c) Occurrit huius exprobrationis mentio succincta apud ATHANASIVM in *apol.*  
*contra arianos* c. VIII operum edit. *benedicti*, tom. I. p. CXXX, pleni-  
or, nominato POTAMONE, apud EPIPHANIUM *haeres.* LXVIII. c.VII.  
edit. Petav. tom. I. p. DCCXXIII &c.

(d) Quum EVSEBIUS non solum cladem LICINII, quae mense Septembri  
CCCXIII accidit, verum etiam mortem ipsius, variasque leges post  
illam viotoriam a CONSTANTINO latas commemorat in historia ecclesias-  
tica, ante an. CCCXIII, vel CCCXXV regius, scribi finiri saltem  
non potuit. Mentio autem honorifica CRIPI iussu CONSTANTINI patris  
an. CCCXXVI trucidati, quam in vita CONSTANTINI profusus omittit,  
demonstrat post illum annum CCCXXVI scribi illam non potuisse. Satis  
indubie sic confititur tempus scriptae historiae TILLEMONTVS in *memo-  
ires pour servir a l'histoire eccl. som.* VII. p. LV &c.

(e) Quam ob rem pessime audiit in concilio Niceno II scilicet V.

## LEGIONIS FULMINATRICIS. LXVIII

### §. XXXVI.

Postquam hactenus testium miraculi et numerum (§. XXV - silentium XXXVI) et conditionem (§. XXXVII - XXXXVI) disputauit aliorum scriptorium, tertium caput examinis eorundem relinquitur, in quo illius aduersarii testimoniorum adductorum vim vehementer imminuit existimant silentio scriptorum aliorum, et coaeuorum, et proxime insecurorum, qui illud ignorare non potuerunt, quorumque plurimi interfuerunt, eius mentionem fieri conseruarique memoriam (§. XXIII). Vbi, qui hoc agunt, sic ratiocinantur, primum, licet narratio in uno tantum alteroue, paucissimis saltem, scriptoribus obvia sola testium paucitate falsi neque suspicionem, neque multo minus fidem faciat, si vel res claram gestam fuerit paucisque innoscere potuerit, vel tempore locoque acciderit, cuius scriptores aut nulli existiterunt, aut dudum perierunt, vel ab argumento finibus que auctorum, qui aeratam tulerunt, adeo aliena sit, ut nulla necessitas et opportunitas imo ne copia quidem commemorationis sine periculo in illis locum habuerit; multo tamen aliter se rem habere, vbi contrarium plane appetit, atque et res adeo publice gesta est, ut communem notitiam effugere non potuerit; et eo loco temporeque evenit, cuius scriptores bene multi sagaces ac industrii superunt; et ita cum argumento finibusque horum scriptorum cohaeret, ut sibimet ipsi defuturi fuissent auctores ea commemorationis neglectione, neque id ignorare potuerint (f).

*Deinde*, controversia carere evidentiam harum conditionum omnium ad fidem historiae silentio scriptorum coaeuorum infirmandam requisitarum in miraculo controverso, quod sine dubio et publice acciderit, atque paucis tantum secreti consciis innoscere, communem autem notitiam latere non potuerit; et in eo populo eoque tempore evenit, cuius tot scriptores librosque superfites habemus; et adeo ad confirmandam doctrinam christianam faciat, ut huius patroni

K 3

et

(f) Si harum cautionum ratio habetur facile componi poterunt lites inter 10.  
DALLAEVM, IO. PEARSONIVM, MATT. LARROQVANVM, IO. LAVNOIVM,  
et IO. BAPT. THIFRSIVM, aliosque agitatae de vi argumenti negativi in  
historicis. conf. PET. BAYLI *dictio[n]e hist. et crit. tom. II. p. CCCCCXVII.*  
LXVII. tom. III p. DLXVIII. et HON. DE SAINTE MARIE. *reflex sur les regles de la critique tom. I diff. III art. II. p. CCLV-CCLXVI.*

et defensores sine inexcusabili caussae detimento hanc narrationem, ipsi si quid vñquam e re futuram, praeterire non potuerint. Nihilo *tamen* secius indubium esse hoc silentium in **MELITONE**, **ATHENAGORA**, **THEOPHILO antiocheno**, **CLEMENTE alexandrino**, **ORIGENE**, **CYPRIANO**, **ARNOBIO** et **LACTANTIO**, qui miraculum, si vere accidisset, neque ignoraturi, neque praeterituri fuissent; etiam si nulla ratio habeatur **TATIANI** et **MIVTII FELICIS**, quorum scripta dubii temporis sint, et **IRENAEI**, in cuius libris ex huius commemorationis opportunitas, necessitas saltem ostendi nequeat, quae in reliquis caussae christianaे contra deorum cultores actoribus in oculos incurrit, illis maxime, qui post **TERTVLLIANVM** illud miraculum perhibentem scripferunt. Conseguì *exinde*, ut nisi morosi huius silentii verisimiliores rationes aliae excogitentur, ipsum miraculum eo falsi suspectum redatur (g).

§. XXXXVII.

cuius examen  
instituitur.

Quidquid ad huius argumenti examen pertinet, vel ipsa silentii disquisitione absoluitur, vel diiudicatione roboris, quod huic argumento ineft, exceptionumque quibus infirmatur. In priori negotio tres scriptores perperam hic excitari nonnullis videtur, **MELITO**, **ATHENAGORAS** et **CYPRIANVS**. Qui has partes sustinent **MELITONEM** quidem largiuntur hoc miraculum præteriisse, quod **EVSEBIVS** in fragmento et recensione apologiae ab ipso scriptae leges omnes imperatorum christianis fauentes ab illo productas commemorat (h), in quibus **M. AVRELII** rescriptum vel epistola hoc miraculo imperata nulla comparer; verum post miraculum hoc perpetratum apologiam ipsius conscriptam esse pernegant, eiusque tempus, vel in anno **AVRELII X** aerae communis **CLXXI**, vel ipso anno **CLXVIII**, saltem **CLXX** collatent

(g) Eo reddit argumentatio **LARROQVANI** p. DCXXXXII, qui **MELITONIS** et **ATHENAGORAE** silentium vrget, atque **MOVLII** p. DCCCLVIII &c. qui reliquorum sex scriptorum rationem habet.

(h) *hist. eccl. lib. III. c. XXVI.*

## LEGIONIS FULMINATRICIS. LXXI

cant (i). Qui computus omnino efficeret MELITONEM male referri ad scriptores, quorum silentio fides miraculi debilitari posfit. Aegre tamen hanc supputationem illis approbabunt, qui verba MELTONIS curatius perspiciunt, quibus euidenter significatur tempore scripti libelli AVRELIVM una cum filio COMMODO imperio romano praefuisse, atque exinde colligunt, siue in annum CLXXXV, siue CLXXXVI, siue quod rectius fit CLXXXVII, refeatur assumptio COMMODI in societatem imperii, apologiam omnino in tempus, quod victoriam AVRELII a Quadis reportatam excipit, incidere (k). In ATHENAGORA eadem res agitur, haud feliciore successu. Ad amoliendam enim suspicionem falsi, in quam miraculum controversum ipsius silentio adducitur, omnem lapidem mouent, ut huius apologiam M. AVRELIO ET L. VERO non COMMODO inscriptam fuisse demonstrent. Quam opinionem,

(i) Auctoritatem *chronici* EUSEBIU atque *alexandrini* s. *pashalis* fecuti rationes ita subducunt WILL. CAVE *bif. litt. sacr. eccl. sac. II. ANT.* PAGI *crit. baron. ad an. CLXX n. III.* HENR. DODWELLVS *diss. cypr.* XI. §. XXXVIII. et IO. FRICKIVS I. c. (§. XX. v) §. VII.

(k) Praeter LARROQVANVM l. c. calculos ita ponunt HENR. VALESIVS non tam in notis ad EYSEBII h. e. lib. IIII c. XXVI. quam ad proem. lib. V, vbi errorem, qui ipsi ante excederat, emendat, SAM. BASNAGIVS in *annal. eccl. pol. vol. II.* p. CLXIII. §. III. et SEB. TILLEMONTIVS *mem. de l' hist. eccl. tom. II.* p. DCLXIII. Argumenta, quibus aduersarii sententiam suam confirmatum cunt, facile decipiuntur. Dicunt MELITONEM COMMODO imperium ominari et precari, quo igitur nondum gaudere potuit; quod tamen perinde est, ac si MELITO ipsi M. AVRELIO imperium omnino diceretur, eadem enim locutione vtrumque patrem et filium complectitur. Addunt COMMODO aequae ac AVRELIO inscribendam fuisse apologiam, quod tamen factum haud fuisse leuiter coniiciunt, ex EYSEBIO faltem nunquam probabunt. Pronouant tandem ad dignitatem caesaris COMMODO iam an. CLXVI collatum, quod tam primum ipsorum argumentum euertit, quam ad societatem imperii probandum non sufficit, quam COMMODVS per gradus obtinuit an. CLXXV in collegia sacerdotum assumptus, et tribunalia potestate ornatus, an. CLXXXVI imperator creatus, et CLXXXVII Augusti dignitatem consecutus.



LXXII DE MIRACVLO

nem, licet litteratissimorum hominum suffragiis fultam (l), nemini persuadebunt, qui argumenta vtriusque partis ad lancem excerit, facileque animaduertet eandem horum rationibus praeponderari, qui libri scripti tempus post auspicia imperii communis COMMODI reiiciunt; quod omnium felicissime demonstratum dedit celeberrimus IO. LAVR. MOSHEIMVS (m). Ad cypria-

NVM

(l) Copiosus admodum est in ornanda hac sententia FRICKIUS l. c. §. VIII-X, quam argumentis et auctoritate HENR. DODWELLI *diff. cyp. XI* §. XXXVII iv. 10. SCALIGERI *anim. eusebian.* p. CCXXI, atque in primis ANT. PAGII *critic. baron.* ad an. CLXXVII et CLXXVI tueretur. Eandem defendit PHIL. LABBEVS *script. eccl.* p. CXXVIII.

(m) in *diff. de vera aerata legatione Athenagorae pro christianis*, quae in *biblioth. bremenis cl. II. fasc. V p. DCCCLIII &c.* occurrit, vberiorque in *Observat. facr. lib. I. pag. CLXXXIX ad CCXXXII*, vbi in an. CLXXVII illud tempus referitur. Easdem partes communi imperio M. AVRELII et COMMODI librum vindicandi suscepserunt STEPH. LE MOYNE in notis ad *varta sacra* p. CLXVIII &c. SAM. BASNAGE *annal. tom. II. p. CLXI &c.* et SEB. TILLEMONT *mem. de l'hist. eccl.* tom. II. p. DCXXXI &c. Argumentis a FRICKIO ad confutandum LARROQUANVM prolati hand difficulter fatisit. *Primum* ex inscriptione desumitur, vbi Augusti, quibus delineatur legatio, *Armeniaci, Sarmatici et philosophi* vocantur, quarum denominationum primam et tertiam COMMODO conuenire negant, *LVCII autem AVRELII COMMODI* nomen VERO AVRELII fratri aequo ac filio dari potuisse perhibent. Verum haec ipsa inscriptio contrarium demonstrat. Nam vt tacemus unius imperatorum collegarum denominations alteri mode satis tribui potuisse, quod in appellatione philosophi appetat LVC. VERO a IUSTINO *martyre* haud maiore merito suo, quam COMMODO hic conuenire possit, indubite data: tum *Sarmatici* nomen in L. VERVM prorsus non cadit, post cuius mortem ea gens demum deuicta sit an. CLXX neque ante an. CLXXIII AVRELIVS illud assumferit, quod adeo indubium est, vt aduersarii causae sua consulturi ipsa verba emendare ac refingere locoque *Sarmaticorum Parthicorum* substituere necesse habuerint; tum AVRELII frater post assumptum nomen VERTI in monumentis publicis nummisque nunquam COMMODVS vocatur, neque sine mentione honorifici huius nominis appellatur. *Altarum* petitur a preicatione christianorum in apologia commemorata, vt filius patri in imperio succederet, quam futuram suisse absomon arbitran-

## LEGIONIS FULMINATRICIS. LXXIII

NVM autem hoc numero eximendum excitari possit locus libri ad *Demetrianum* supra (§. III. i) adductus, vbi nonnullis hoc miraculum commemorare, obscurius saltē respicere, videtur. Verum ut

L quae

bitruntur, si filius iam commune cum patre imperium gessisset. Quae tamen absurditatis accusatio in oppositam sententiam recidit. M. enim AVRELIO, qui non solum fratri iunioris, verum etiam alterius filii iacturam fecerat, haec precatio certe displicere non potuit, vt COMMODVS in societatem imperii adieclus, successionique certiori ea ipsa re destinatus, patri superstes summa rerum potiretur. Viuo autem L VERO, et ante tribunitiam potestatem COMMODO collatam, christiani vtrumque Augustum, alterum certe grauiissime offensuri fuissent, si successio imperii animo votisque praecipere voluisserint, atque id sibi sumfissent, vt L. VERO collegam saltē decernerent. Quorū accedit non solum administrationē imperii penes AVRELIVM manūsc̄ integrā assumto licet collega filio, sed COMMODOV̄ etiam per gradus deum supremam dignitatem confecutum fuisse, vt, si in anno CLXXVII apologia collocatur, COMMODOV̄ tunc tribunitia potestate, impetratoria quoque dignitate ornatus, Augustus tamē creatus nondum fuerit, quod currente denum anno CLXXVII factū esse nummi demonstrant a FRANC. MEDIOBAREO in *imp. rom. numism.* p. CCXXXII ad an. CLXXVII producēti, in quorum nonnullis verba leguntur COMMODO CAES. AVG. FIL. GERM. SARMI, atque in altera parte TR. P. III IMP. II COS. P. P.; in aliis vero L. AVREL. COMMODOV̄ AYG. TR. P. III, atque auera parte LIBERTAS AVG. IMP. II COS. P. P. S. C. vnde satis apparet, tum scribi non debuisse a viris harum rerum gnaris COMMODOV̄ iam an. CLXXVI Augusti dignitate ornatum fuisse; tum ATHENAGORAE precibus opportuniorem locum relinquī, si ante hanc collationem supradictae dignitatis in COMMODOV̄, illius saltē notitiam, quam postea susceperunt. *Terrium* subministrat mentis PROTEI seu PEREGRINI ab ATHENAGORA facta, cuius mors περὶ τὴν Ὀλυμπίαν acciderit, quod interpretantur, eadem cum libro scripto *Olympiade* seu CCXXXVI, quae an. CLXVIII finiebatur. Quae tamen verba græca redduntur, vel in *ludis olympicis*, vel rectius *ad urbem olympiam*, vbi combustio PEREGRINI teste LVCIANO facta est: in illum certe sensum, quem aduersarii effingunt, per linguae indolent torque-ri nequeunt; scribendum enim suifer κατὰ τὴν Ὀλυμπιάδα τάυ-την. Quartum denique suppeditat comparatio imperatorum patris et filii cum deo patre ipsiusque filio verbo ab ATHENAGORA facta, quam

quae supra disputauimus (§. XXXII. III. i) iam non repetamus indubium esse arbitramur, in hac cauſa, quae nunc agitur, miraculi fidem plus detrimenti capturam esse ex illa opinione, quam confirmationis naeturam. Quodsi enim CYPRIANVS miraculosum hunc imbre in mente habuit, parum ipsi tribuisse, et ipsa obscuriore commemoratione suspicione incerti prodidisse videtur. Reliquorum auctorum a MOYLIO allegatorum ad silentium hoc efficiendum, examine supersedebimus, quod ipsum KINGIVM in hac accusationis parte consentientem habuit.

## §. XXXVIII.

idem absolu-  
tur.

Quare alterum negotium nunc adgrediemur discutiendi exceptiones, quibus totum hoc argumentum infirmatum eunt patroni miraculi. Primum obuertunt debilitatem argumenti negatiui, seu silentii scriptorum, si ad euertenda argumenta affirmativa, seu testimonia indubia licet paucissima adhibeatur, statuuntque plus aequo tribui huic silentio, si eo trahatur, atque omnino nihil probare, si nimium demonstret, et vehementius, quam par est, vigeatur (n). Deinde paucitatem librorum conqueruntur, suspicanturque mentionem miraculi in multis veterum scriptis, quae interciderunt, factam forte fuisse, fieri saltem potuisse, contrarium certe demonstrari non posse. Tandem ex scriptoribus quarti saeculi et insequentium, ipsaque varietate relationum in illis obuiarum coniciunt,

quam RAGIVS eumque fecutus FRICKIVS ad amoliendam potius difficultatem, qua premi se fererunt, quam ad opinionem suam confirmandam de M. AVRELIO et L. VERO illius genero interpretantur: quo certe sensu nihil excogitari potuit coactius, et a monumentorum publicorum scriptorumque confessione, ipsaque historia alienius, quibus conflat L. VERVM fratrem, nunquam filium, M. AVRELIV vocatum fuisse: vt taceam ATHENAGORAM in ambiendo fauore captandaque gratia imperatorum occupatum duos AVRELIV filios, quos viuo VERO habuit, praeteritum non fuisse, vt IUSTINVS martyr in priori apologia mentionem MARCI et LVCII non neglexit. Vnde patet, si quid iudico, clamandum omnino esse de hac opinione, in primis si alterius sententiae praesidia in censum veniant.

(n) Hanc obiectionem FRICKIVS urget l. c. §. VI.

coniiciunt, plures auctores habuisse eosdem, ex quibus sua desumserint, quibus nos iam temporum iniuria caremus. Quod tam ex EUSEBIO comprobant, qui plurium scriptorum mentionem facit historiam perhibentium, licet APOLLINARIS tantum et TERTULLIANI nomina excitet (§. III); quam ex GREGORIO Nysseno, OROSIO et XIPHILINO, qui narrationem ita locupletant, ut praeter TERTULLIANVM EUSEBIVMQUE nunc tantum superstites alios harum accessionum et diuersitatis auctores habuisse omnino videantur (o). In prima obiectione admittenda non morosi aut difficiles erimus. Liberaliter enim concedimus nunquam euerti et conueli, aut falsi argui posse testimonium, ne vnicum quidem, quod plane rem affirmat, solo aliorum silentio: dummodo nemo illiberaliter et temere neget eodem infirmari aliquantum fidem narrationis, detrahique de eius verosimilitudine; si cautiones et regulae, quibus huius argumenti usum circumscriptissimus (§. XXXXII) sollicite obseruentur. Donec igitur demonstretur, vel migrari has leges in controv ersia, quam disputamus, nimiumque intendi hoc argumentum negatiuum, atque adeo rationes probabiles proponantur unde euenerit, vt tot scriptores aut ignorantem miraculum, aut eius commemorationem et re caussae suae futuram negligenter; vel deficeret et vacillare ipsas regulas propositas arctius circumscribendas, et rectius restringendas, vt secure adhibeat illud argumentum: non sine ratione illorum partes tuebimur, qui hoc silentio probabilitatis certe non nihil decidere de miraculo existimant. Altera obiectione dupliciter latus praebet. Neque enim scriptorum illius temporis inopia et paucitas tanta est, vt lamentabilis hac querela vis argumenti infringatur. Nec cuiquam vel suspicacissimo mortali um plus persuadebit ea exceptione, quam posse rem ita se habere; quod quam exigui et plane nullius momenti sit ad coniiciendam vel leuissimam probabilitatem nemo ignorabit. Tertiae autem obiectioni tria obstant. Tum ex EUSEBIO contrarium potius elucere, tantum abesse, vt illud efficiat, quod ex eo colligitur. Neque enim rem ita narraturus fuisse, vt cuius de ea ipse subdu-

L 2

bitasse

(o) Postiores exceptiones proponit KINGVS l.c. (prooem. c.) p.DCCCLXI &amp;c.

bitasse fidemque in medio reliquise videatur (§. XXXIII. y); neque in re adeo mirabili et a deorum cultoribus aliter narrata reliquorum scriptorum auctoritatem praeteriturus nisi defuisse, licet prouocatione ad plures auctores neminem fefellerit, quae locum omnino habet, quoties vno plures adsunt, etiamsi in vniuersum duo tantum existant. Tum dissensionem allegatam aliunde derivari posse, vt quae non solum saepissime ex fingendi libidine profluit, verum etiam memoriae vitio frequenter satis originem debet, vbi olim lecta, aut ab aliis ex lectione dudum praeterita rem narrantibus auditæ securæ et fidenter in litteras referuntur. Alterutri certe origini longe verisimilius tribuetur insignis dissensus scriptorum sequiorum, si curatus perspicitur (§. XXXVII - XXXVIII), quam huic diuersitatí primorum historiae auctorum nunc perditorum, quorum aequæ ac ipsorum summæ superstitionis fides ea coniectura mirifice labefactaretur. Tum denique rationem probabilem nullam reddi posse, vnde acciderit, tam vt in tanta scriptorum multitudine a saeculo III non plures quam supra excitati (§. III-VIII), qui cum reliquorum numero collati, admodum pauci sunt, rem commemorauerint: quam etiam vt illi ipsi scriptores, qui ab aliis relata referunt, nulla accessione narrationem locupletent, quae illam verisimiliorē, aut saltem non improbabilem, efficiat. Vtrumque enim non solum fieri potuisse, verum etiam aliter concepi nequit, si plures habuissent saeculi secundi exeuntes et tertii auctores iam perditos, ex quibus aliquid hauiissent.

## §. XXXVIII.

posterior or- Emensis prius stadium diiudicationis testimoniorum, qui do argumen- bus miraculi fides nititur (§. XXIII-XXXVIII), alterum nunc torum, quibus ingrediendum est examinis argumentorum ex ipsa re narrata de miraculum sumorum, quibus miraculum ab aduersariis impugnatur dubium que redditur (§. XXIII). Redeunt ea ad quatuor has difficultates, tum tantum militum Christianorum numerum in exercitu M. AVRELII, si non certo falsum, admodum certe improbabilem esse; tum indubius falsam esse denominationis *legionis fulminatrixis* ab hoc miraculo deducitam originem; tum M. AVRELIVM ab hac vi- *ctoria*

## LEGIONIS FULMINATRICIS. LXXVII

Etiora vexationem christianorum certo non desisse; *tum* denique rationes patrandi miraculi sat graues deo defuisse, omnem saltem rem, etiam si verissima foret, sine miraculo peragi potuisse. Singularum rationum momenta curate perpendemus.

§. L.

*Primum* argumentum ab improbabili militum christiano-*primum* ar-  
rum in exercitu M. AVRELII multitudine desumptum, si recte in-*gumentum*  
struitur, duabus partibus constat. Ita enim ratiocinantur, qui hunc proponit.  
nodum connectunt, insignem et memorabilem militum CHRISTI  
doctrinam publice professorum multitudinem in singulis miraculi  
narrationibus perhiberi, atque adeo arcte cohaerere cum reliquis  
historiae partibus ut ea deiecta, vel ad paucitatem et exiguitatem  
redacta, omnis illius fides vacillet. Integram legionem christia-*nam* memorari ab APOLLINARI et EVSEBIO (§. III), XIPHILINO  
(§. VII) atque NICEPHORO (§. VIII); GREGORIVM autem *Nisso-*  
*num* adeo augere hunc numerum, ut maiorem exercitus partem  
christianis constituisse existimare videatur (§. V). Tantum vero nu-  
merum christianorum in M. AVRELII exercitu militare potuisse  
tribus rationibus perneggant. *Vnam* petunt a paucitate christianorum  
in variuersum omnium eo tempore et illis maxime locis, vbi  
AVRELII copiae ad hoc bellum collectae et refectae fuerunt, sine  
dubio majori, quam ut memorabilis militum numerus ex illis con-  
flari potuisset. *Alteram* a fuga militiae, quam christiani veteres mi-  
rifice abhorruerunt et auersati sunt. *Tertiam* addunt ex indole M.  
AVRELII depromtam, et semper in christianos grauis, et in hoc ma-  
xime bello apparando mirifice superstitioni diuinitatumque religio-  
nibus addicteissimi. Vnde colligunt non solum hanc narrationis  
partem certissime conuelli, verum etiam reliquas arcte connexas,  
omnemque relationem veri dissimilem reddi, ipsamque scriptorum  
miraculum perhibentium fidem perquam debilitari (p).

§. LI.

In discutienda hac argumentatione ab altera illius parte examen illius  
initium faciemus, rationes aduersariorum subducturi. In *prima* instituitur.

L 3 ratione

(p) Copiosissimus est in hoc argumento virgendo deducendoque MOYLE I. c.  
p. DCXXXVIII ad DCCLVII.



ratione tria agunt. Et vniuersum Christi populum ita imminunt, vt illum ad eximiam exiguitatem reducant; et rure atque in agris, vbi legiones earumque supplementa conscribi maxime solebant, maiorem quam in vrbibus fuisse christianorum paucitatem contendunt; et illas in primis terras, quarum praesidia AVRELIVS ad hoc bellum deduxit, et vbi legiones refecit, omnium minime christianis abundasse affirmant. Primum alterumque horum argumentorum MOVLIVS et KINGIVS abundantissime disputarunt, licet admodum vereor ne lectorem dubium multoque incertiores, quam ante fuerat, de vera populi christiani antiquissimi magnitudine relinquant, et vriue partium studio abreptus modum excessisse verique limites transiisse videatur (q). Tertium vero fortius intendi feliciusque vrgeri poterit, quam adhuc factum est. Constat enim ex certissimis illius temporis monumentis bellum a Marcomannis sociisque motum incidisse in ipsum finem belli parthici, licet M. AVRELIVS satis diu eius pericula et detimenta dissimulauerit ad instaurandas vires non solum diuturniori expeditione parthica admodum exhaustas, verum etiam grauissima fame et peste, quae orientem prius depopulata an. CLXVI occidentem peruerat, et aliquot annos deuastauit, misere attritas ac pene absuntas; tantamque fuisse illius belli apparandi militisque legendi difficultatem, vt AVRELIVS necesse habuerit an. CLXX, et rerum auxiliarum cultusque instrumentorum in foro TRAIANI publicam vendi-

(q) Vrget MOVLIVS l. c. p. DCXXXX calculum BVRNETI, quem de coetu christianorum sicc. III Romae commorantium ex catalogo clericorum in epistola CORNELII obuio duxit in *epist. itiner. part. II. p. CLIII &c. edit. gcrm.* cui KINGIVS PLINIVM, TERTULLIANVM, EVERIVM, ipsiisque LUCIANVM historiamque vexationum publicarum opponit l. c. p. DCXXXVIII &c. Quae deinde vltro citroque proferuntur, vel ad impugnanda vindicandaque haec testimonia pertinent, vel a digressiobibus prope absunt parum profutris ad caussam, quae agitur; quo resero longam disquisitionem de fede potiore populi christiani *Ephesi*, ne an *Rome* collocanda, numeroiore ne in oriente an occidente ciuitate Chirilli. In dimetiendis magnitudinibus incassum disputabitur, donec de mensura conueniat, atque aliquid certi constituantur, ad quod reliquorum maior minorue quantitas comparata exigatur.

## LEGIONIS FULMINATRICIS. LXXVIII

venditionem facere, et seruos, gladiatores, ipsosque *Dalmatiae* et *Dur-daniae* latrones armare, nouumque militum delectum integro triennio apud *Carnutum* iugiter habere (r). Orientem igitur copiis peste iam multum ita minutis non nudauit, tantamque earum multitudinem ibi reliquit, ut *Cassio* ad bellum in *Arabia*, *Aegypto* et *Africa* iisdem his temporibus feliciter gerendum, annoque CLXXV, imperium capessendum suffecerint; neque omnes occidentis copias in *Pannioniam* deduxit, quum sub ipso hoc bello in *Hispania* et *Lusitania* ingentes seditiones supprimendas fuerint: sed proximas duntaxat legiones per vicinas terras refectas hosti opposuit. Vnde improbabilior omnino redditur exstantior christianorum in hoc exercitu multitudo, quum illae prouinciae eo tempore reliquis imperii romani terris christianorum frequentia indubie multum concesserint.

### §. LII.

Altera ratio a communi veterum christianorum horrore idem contumiliae (§. L) vehementius, quam par est, intenditur. Neque enim natura euinci potest, hanc quorundam opinionem vniuersum christi populum vnuquam occupasse aut effecisse, ut etiam si voluntaria

(r) *EUTROPIVS breu. lib. VIII c. VI* haec habet. *Bellum ipse unum gessit marcomanicum, sed quantum nulla memoria fuit, adeo ut puniciis conficeratur, nam eo grauius est factum, quod vniuersi exercitus romanii perierunt.* Sub hoc enim tantus casus pestilentiae fuit, ut post victoriam persicam romae ac per italiam prouinciasque, maxima dominum pars, militum omnes fere copias languore defecerint. *Ingenti ergo labore et moderatione, cum apud Carnutum iugi triennio perseverasset, bellum marcomanicum consecit, quod cum his quadri vandali, sarmatae, sueci, atque omnis barbaria commouerat &c.* *OROSIVS* autem *lib. VII c. XV* haec scribit: *Secuta est huc plurimis infusa prouincis, totamque Italiam pestilentia tanata vastavit, ut passim villae agri atque oppida sine cultore atque habitatore deserta in ruinas sydasque concesserint.* *Exercitum vero romanorum cunctaque legiones per longinquas late hiberna dispositas ita consumtas ferunt, ut marcomanicum bellum, quod continuo exortum est, non nisi novo delectu militum, quem triennio iugiter apud Carnotum M. ANTONINVS habuit gestum suis referatur.*

taria militia aequa ac dignitatibus ambiendis et magistratibus capessendis abstinuerint, in delectu militum publico necessaria et coacta stipendia facienda detrectarent (s): neque in hac publica calamitate militumque difficultate sine grauissima offensione imperatoris id facturi aut impune laturi fuissent christiani. Tertiae rationi a superstitione M. AVRELII cura placandi deos conciliandique sibi ad hoc bellum feliciter conficiendum diuinatum fauorem, odioque in christianos numinum contemtores insensissimo, omne robur detrahitur calamitosissima illius temporis difficultate militumque inopia (§. LI). Fuerit enim AVRELIVS christianos perosus, quod non insiciabimur, putaueritque diuinatibus iniios; nihilosecū ergastulorum mancipia ipsose latrones publicos apud se gratiosiores diisque acceptiores habuisse non existimabitur. Neque in eiusmodi discriminib[us] imperatores, licet ipsi religionum studiosissimi, militum doctrinas et opiniones admodum curabunt, aut vbi copiis indigent, hominibus diuersa sentientibus, et errore aliquo infectis, missionem dabunt.

## §. LIII.

atque finitur.

Restat prior pars obiecctionis (§. L), non sine examine dimittenda. Neutrum enim dubio caret, quod in ea fidenter et specieōe pronuntiatur. Integrā legiōnē christianā plerique auctōres silent TERTULLIANVS (§. II), EUSEBIVS in cōchnico (§. IIII), OROSIVS (§. VI), neque ex APOLLINARI apud EV-

SEBIVM

(s) Latissime se diffundunt MOYLIVS et KINGIVS in hac quae agitanda l.c. DCXXXII &c. &c. DCLXXXII &c. &c. DCCXXXVI &c. &c. neque tamen prior lectoribus persuadebit, veterimos christianos, quos inuidiosa comparatione cum fanaticis recentioribus, et quakerorum in primis turba onerat, in illam opinionem concessisse vniuerhos. Cuīus argumentis discutiendis hic supercedemus, quod integrā controveriam peculiari dissertatione propediem proditura examinabimus. Vindicatum iuerunt christianos ab hac accusatione HVG. GROTIUS de iure belli et pacis lib. I. c. II. DIONYS. PETAVIVS dogm. theol. tom. IIII diff. eccl. lib. II. c. II. p. CLXXXVIII IOSEPH. BINGHAM origg. eccl. lib. XI c. V. §. X. vol. IIII p. CCXXX &c. atque HERM. WIT- SIVS l. c. (§. XX. k) §. XXXII-XXXV.

## LEGIONIS FULMINATRICIS. LXXXI

**BIVM** (§. III) quidquam illius efficitur (t). Potuisse certe tota legio nomine a miraculo insigniri, etiam si illud a parte tantum legionis aut aliquot illius militibus patratum fuisset. **GREGORIVS** autem *Nysensis* (§. V) neque legionis mentionem facit, neque in hac disquisitione momentum trahit, quum narratio ipsius a reliquorum scriptorum relatione adeo recedit, vt nonnullis eandem rem gestam perhibere non videatur (§. V. n. XXXVII). Praeterea infirmior est ipsa ratiocinatio, quam vt ad item dirimendam multum valeat. Multitudo et numerus militum christianorum quantuslibet vel quantulusunque fuerit, rem ipsum non variabit, neque ita cum reliquis historiae partibus cohaeret, vt fidei illius quidquam verendum prius sit, quam euincatur in castris M. AVRELI<sup>I</sup> christianum militare potuisse prorsus neminem.

### §. LIII.

**Secundum**, quod miraculo opponitur, argumentum tria comple-

*secundi argu-*  
*menti pars*  
*prima propo-*  
*nitur.*

titur; tum legionem *melitenianam* seu *melitinanam* vocatam romanis fu-  
isse nullam; tum *fulminatricem* iam TRAIANI ipsiusque AVG<sup>STI</sup> tempo-  
re hoc nomen gesisse; tum denique hanc ipsam legionem *fulminatri-*  
*cem* expeditioni *marcomannicae* non interfuisse (u). Ad primam obie-  
ctionis partem mouent narratione EVSEBIUS, qui diserte preces miracu-  
lofas legionis *melitinae* militibus tribuit (§. III), atque XIPHILINI, qui ab  
hac opinione prope abest, dum affirmat MARCVM habuisse vnam le-  
gionem ex militibus *Melitene* (§. VIII): quod vtrumque testimonium  
conuelli existimat aduersarii, si demonstratum dederint nullam  
romanos habuisse huius nominis legionem. Quod triplici via tenta-  
tur. *Vnam* aperit ipsa vocis, vt apud EVSEBIVM scribitur, deriuatio.  
Nam μελιτηνοί, neque a *Melitene* seu *Melitina*, vt ab aliis scribirur,  
*Cappadociae* seu *Armeniae minoris* ciuitate, neque ab insula *Melite*  
deduci potest, prior enim deriuatio requiritur μελιτηνῶν, altera au-

M tem

(t) cf. KINGIVS l.c.p. DCLVIII &c. neque MOYLVIS p. DCCXXX &c. habuit, quae  
opponeret, unde ad accusationem dissensionis delabitur, quam supra iam e-  
xaminavimus (§. XXXVII-XXXVIII) conf. praeterea WITSIVS l.c. (§. XX. x)  
§. XXXXVI-XXXVIII, cuius tamen argumentum a *Thebaea* legio-  
ne desuntum paullum suspicacioribus aduersariis non satisfacet, qui il-  
lam aeque dubiam habebunt, atque hanc *fulminatricem christianam*.

(u) Virget has difficultates MOYLVIS l.c. p. DCCLVIII. DCCLX &c. &c. et  
DCCLXVIII &c. &c. et LARROQVANVS l.c. p. DLXXXIII &c. &c.

## LXXXII DE MIRACVLO

tem efficeret *μελιταῖος* (v). Qui *alteram* ingrediuntur ad stationem legionis fulminatricis prouocant, quae sine controuersia admodum diu in *Cappadocia* ad urbem *Melitenem* commorata est, vnde colligunt eandem *melitenianam* appellari non potuisse, quod *romani* neque legiones in illis locis, vbi conscriptae fuerunt, collocare, neque a regionibus, quibus praesidio fuerunt, denominare consueuerunt (w). *Tertia* tutius ibitur ad rem efficiendam. Nam quum neque in catalogis legionum romanarum vsquam compareat *meliteniana*, neque ex scriptorum lapidum nummorumque monumentis illius vestigium eruat (x), nihil relinquitur, quam ut perperam effictam fuisse denominationem ab *APOLLINARI* atque a stationis loco desumptam existimemus.

§. LV.

*altera* illius pars efficitur ex inscriptione *tergesina* (y) legionem XII iam *TRAIANI* tempore vna cum ter-nomen *fulminatricis* gesisse, ex DIONIS autem catalogo (§. LIII. x)

tia. appareret iam sub *AVGVSTO* hanc legionem sic fuisse appellatam. Ad *tertiam* vero partem efficiendam *primum* ponitur, legionem *fulminatricem*, seu ut *RVFFINVS* reddidit *fulmineam*, eandem fuisse cum *duo-deci-*

(v) *Haec obiicit Ios. iv. SCALIGER animadu. in chronol. Eusebii. p. CCXXIII ed. MDCLVIII, cui tamen CLAVD. SALMASIUS satisfecit in not. ad Capitulo Marcum c. 24 vbi ostendit ex STEPHANO urbem non *μελιτίνη* sed *μελιτηνή* dictam fuisse eiusque *μελιτηνούς*.*

(w) *Sic sollicitat hanc denominationem HENR. VALESIUS armor. III. ad Euseb. hist. eccl. lib. V. c. V. atque ad RVFFINIVM simul prouocat, qui invertente hac historiae denominationem legions melitenianae omisit, quam falsam et effictam fuisse sciebat.*

(x) *DIO CASSIVS hist. lib. LV edir. Wechsel. cccxcvi p. DLXIII indicem exhibet legionum XVIII, quae ab AugusTI imperio ad finum tempus superfluerant, aliarumque XIII postea conscriptarum. Inscriptio capitolina duplex in thes. gruteriano ed. cccxcvii obvia p. DXIII sicut vna quidem XXX altera XXXIII legiones, praeterea eiusdem thesanri ind. c. VI. p. XXVIII &c. legionum romanarum nomina varia proponuntur ex inscriptionibus; in Mediobarbi num. imp. autem p. DCIII. ex numismatibus: ex quibus catalogis meliteniana profrus absit.*

(y) *Quam exhibet SCALIGER anim. ad Euseb. chron. p. CCXXIII et thes. gruter. p. CLXXXIX n. III, nec non BARONIVS annal. tom. II. p. CCVII ed. antwerp.*

## LEGIONIS FULMINATRICIS. LXXXIII

*decima*, quod bene multis antiquitatis monumentis comprobatur (z), neque a miraculi patronis negatur (a). *Deinde ex antiquioribus monumentis ostenditur hanc legionem XII sub NERONE militasse in Armenia (b), postea interfusse expeditioni iudaicae (c), atque inde in Armeniam atque Melitenem remissam fuisse (d), ibique haesisse tempore DIONIS (§. LIII. x), neque posthaec locum mutasse (e). Vnde tandem colligitur, hanc legionem verosimilime abfuisse ab expeditione marcomannica M. AVRELIL. Quod praeterea confirmatur, tum ipso testimonio litterarum commentiarum AVRELI (f); tum militum cogendorum difficultate supra demonstrata (§. LI) accidente in primis testimonio DIONIS, qui perhibet (§. LIII. x) M. AVRELIVM duas nouas legiones conscripsisse *italicas* vocatas easque in *Norico* et *Rhaetia* disposuisse; tum denique cognomine *antoninianarum*, quod nonnullae legiones gesserunt, ut *leg. I italica adiutrix* (g); *leg. II italica* (h); *leg. VI ferrata, gallica, viciatrix* (i); *leg. VII bispaniaca**

M 2

- (z) Praeter testimonia DIONIS et columnae *capitolinae* (§. LIII. k) quatuor inscriptionibus id comprobatur in *theſ. gruter.* obuis p. CLXXXIII n. III. DXXXVII n. VI. DLXVII n. X et MLXXXX n. XIII.
- (a) *BARONIVS, WITIVS, FRICKIVS* atque *KINGIVS* idem sentiunt.
- (b) *Tertio TACITO annal. lib. XV c. VI.*
- (c) Perhibente *TACITO histor. lib. V. c. 1. conf. theſ. grut. p. CICLXXXVI. n. III.*
- (d) *Auctore JOSEPHO de bello iudaico lib. VII c. XVIII et SVETONIO in Veſpaſ. c. VIII* conserferat de perpetuo hoc praefidio prope *Melitenem* collocato *procopius caſar. de aedific. lib. III. c. IIII. edit. ven. p. CCCCXXI. et lib. I. c. VII p. CCCIII.*
- (e) Quod praeter *itinerarium ANTONINI* comprobatur testimonio *notitiae imperii* ed. GVID. PANCIROLLI an. CICLOVIII p. LXXXVIII.
- (f) Si quid ponderis trahere potest epifola exhibita (§. XVII), postquam spuriam esse demonstravimus (§. XXVIII). Memorantur in ea legiones *prima, decima, gemina et ferentiorum*; quod postremum nomen sine dubio *leg. X. fretenem* dictam indicare debuit, tertium vero peculiarem legionem agre significat, sed aliis nominibus additur, ut adeo vel ad praecedentem legionem X vel *fretensem* referatur, et *AVRELIVS* non quatuor sed tres tantum legiones in exercitu habuerit.
- (g) Occurrit hoc nomen *leg. I seu italicae* in *theſ. grut. p. CIII n. VI.* quo legio a M. AVRELIO recens conscripta (§. LIII. k) indicari potuit.
- (h) in *theſ. gruter. p. CICLXVIII n. II.* quod nomen aequa ut *praegressae pri- mae legioni* recens collectae inditum fuisse videtur.
- (i) *ibid. p. LXXXII. n. II.*



## LXXXIII

## DE MIRACVLO

*ca (k), leg. VIII bispánica (l), leg. X fretenis (m), leg. XIII germanica (n); et leg. XXII primigenia (o), vnde admodum probabilis coniectura enascitur, has octo legiones, nonnullas saltem, interfuisse expeditioni antoniniana, quam M. AVRELIVS alias, quam contra marcomanos sociosque praefens suscepit nullam, atque ex re feliciter gesta cognomen accepisse.*

## §. LVI.

*prima pars. Vindicarum nunc ratio habenda est, quibus de hoc impetu, tis examen in vel declinatione effugiendo, vel infringendo satagunt miraculi defensiones. Prima parti obiectionis, quod obuertant, habeant omnino nihil praeter excusationem APOLLINARIS cumque secutorum EVSEBII et XIPHILINI, quos in legione a loco stationis et praefidii vulgo denominanda errasse fatentur, aleui hac hallucinatione caussae suae nihil admodum veriti (p). Verum ut ingenue dicamus, quod res est, ipsa omnino miraculi fides ex hoc errore principum scriptorum, quorum auctoritate nititur, insigne detrimentum capit. Ipsi enim ea re non solum suspicionem faciunt, vel supinae incuriae, vel grauioris ignoracionis rerum romanarum: sed nimis etiam narrationis originem occasioneque opinionis produnt, quam ex magnifico legionis XII nomine hariolando hausisse videntur (§. XXXI), quod XIPHILINVS fas*

*tis palam facit (§. VII.).*

## §. LVII.

*Obiectio prima contra secundam et tertiam obiectionis partem, non connellen-  
dam, sed effugiendam varia tentant, atque triplicem in primis viam  
et tert. par-  
tem argumen-  
ti.*

*Ad secundam et tertiam obiectionis partem, non connellen-  
dam, sed effugiendam varia tentant, atque triplicem in primis viam  
infistunt. Qui ad solam ignoracionem alias originis nominis huius  
prouocant, et difficultatem dissimulant aut ignorant, et iniquius agunt.  
Oedipo enim et vase opus foret ad origines nominum constituerendas,  
quibus singulæ legiones romanae insignitæ fuerunt. Licer igitur spa-  
tiosissimus coniecturarum campus pateat ad diuinandam denomina-  
tionis*

(k) *Ibid. p. CCLX. n. I.*

(l) *Ibid. p. CVIII. n. I. p. III. n. VII.*

(m) *Ibid. p. CCLXVIII. n. II. p. XII. n. VIII.*

(n) *Ibid. p. V n. III p. CCLVIII n. III p. DXXVIII n. VIII p. DXIII n. XIII.*

(o) *Ibid. p. VI n. III p. LXXXVII n. III.*

(p) *Facit id KINGVS I. c. p. DCCLXVII.*

## LEGIONIS FULMINATRICIS. LXXXV

tionis illius occasionem ortumque (q), praestabit iniquissimum postulatum indignari, quam ingrediendo hoc stadium confirmare. XIPHI-LINI saltem refutatione DIONIS (§. VII) nihil cogitari potest ineptius, et a veri specie alienius, neque aliud agit, dum illum mendacii voluntarii incusat, quam ut semetipse in hanc suspicionem adducat, quam ob rem ab acerrimis historiae controvrsiae defensoribus deferitur.

### §. LVIII.

Altera via coniecturis absoluitur, quae duplicis generis sunt. Obiectio[n]is Nonnulli plures fuisse legiones hoc nomine insignitas existimant, secundae examen institui-tur.  
 Quod tum nummis *golzianis*, tum testimonio CONSTANTINI *porphyrogennetae*, tum ipsa legionis denominatione, qua *gemina* vocatur, aliis persuasum eunt; atque exinde alterutrum colligunt, vel a M. AVRELIO hoc nomen, quod legio XII iam antea gesserat, huic christiana[n]e bene merita simul attributum, atque commune factum fuisse; vel legionem XII, atque hanc fulminatricem post tempora M. AVRELII in vnam coaluisse, cui illud nomen haeserit (r). Alii perspecta illius opinionis difficultate speciosius coniicere sibi videntur, confirmatum hac occasione instauratumque fuisse pristinum nomen, quod legio antiquitus gesserat, ob omen feliciter implatum (s). Neutri tamen con-

M 3

iectu-

(q) Probabiliores hoc redeunt, legionem nomen habuisse vel ab insigni, quae praeter aquilam singulis legionibus peculiaria et propria fuisse nummis GALLIENI comprobatur, conf. IO. VAILLANTII *num. imp. rom. tom. II* p. CCCLXVIII-CCCLXXVI; vel a figura fulminis in scutis comparata; vel a *Macedonum* confutudine, ex quibus conscribi reparari saltem potuit legio; vel a IOVE, quod multarum legionum nomina diuinis debebantur, ut denominaciones legionum *apollinaris, mortiac, primiceriae, mineruia* testarissimum faciunt.

(r) Ita sententia est BARONIVS (§. LV. y), et WITRIVS (§. XX. x) §. LVII, qui tamen mirifice fallitur dum scribit: *temerarium force scriptorum omnium christianorum fidem sollicitare, qui consensu tradunt dictam esse hanc legionem fulminatricem ob fulmen et nimbos precibus suis impetrata.* Ad solum enim APOLLINAREM apud EUSEBIVM reddit haec consensio, et recentiorem XIPHILINVN illius auctoritatem fecutum. Neque KINGIVS ab eadem absit I. c. p. DCCLVIII.

(s) Priori opinione relicta KINGIVS in hanc concedit I. c. p. DCCLXVII, a qua BARONII coniectura postrema parum abhorret, qua opinatur M. AVRE-

ieeturae probabilitas constat. In *priore* tam argumenta prolata deficiunt, quam ipsae opiniones, quae inde eliciuntur, haud facile cuiquam approbabuntur, qui adhuc disputerorum rationem habet. *HVB. GOL-*  
*TZIVS*, ex quo nonnulli sex legiones fulmineas excitant, apud rei num-  
*mariac* gnaros fidem dudum decoxit (*t*), neque diuersae legionis deno-  
*minationes*, quas nonnullae habuerunt complures, diuersas legiones efficiunt. In *CONSTANTINI* testimonio apud *SCALIGERVM* obvio, quod  
*MOYLIO* copia libri destituto crucem fixit, corruptio indubia appetet,  
neque, si genuinum foret, plures legiones fulmiatrices demonstraret (*u*). In eo enim est scriptor *augustus*, ut nouitatem *thematum* in  
distributione prouinciarum romanarum ostendat, quam ob rem pri-  
stinam antiquitatis confueruditinem commemorat disponendi legiones in  
prouincias praetoribus non subiectas, quae temporum successu a re-  
gionibus nomina traxerint, his verbis: ἀλλὰ πρώτην καὶ κατ' αρχὰς  
τάγματα τινά, καὶ λεγέων ὑπῆρχεν ἀνεγεγενημένη πατ' ἔθνος,  
ώς η λεγέων η τῶν μ' μαρτύρων, καὶ ἀλλη πισιδική, καὶ ἐπέραι θεττα-  
λική, καὶ ἀλλη ἀλλως ὠμαστμένη (*v*). Vbi dubio caret, tum plu-  
rium legionum diuersarum mentionem fieri; tum verba ἐλέγετο ιε-

gauno-

LIVM hos milites aliarum legionum fulminantium nomine insignitos in  
legionem *fulminatricem* allegisse, cui illud nomen ea re inflauratum  
confirmatumque fuerit, quod verisimiliter statueretur si probari villa-  
tione posset hanc *fulminatricem* legionem in exercitu *AURELIU* adfuisse.

(*t*) Imprimis in censu legionum romanarum ex nummis agendo, postquam  
*VAILLANTI* et *MEDIOBARBI* collectiones ne in *ANTONII*, *SEVERI* et *GAL-*  
*LIENI* quidem nummis, qui frequentissima legionum mentione reserti  
sunt, ne vim quidem fulminatricem exhibent.

(*u*) *SCALIGER* I. c. (§. LV. *y*) hanc habet: εἴτε et alia legio fulminatrix con-  
*STANTINO* *porphyrogenetae*: ώς η λεγέων η τῶν μ' μαρτύρων  
ἐλέγετο κεραυνοβόλος, καὶ ἀλλη πισιδική. unde *MOYLIVS* I. c.  
p. DCCLXIII le extricare non potuit, immo ipsam *pīsdicām* pro alia  
fulminatrice habuit, quod ne *SCALIGERO* quidem in mentem venit, li-  
cit reliqua verba perperam interpretur.

(*v*) in *operibus* *CONSTANTINI* *porphyrogenetae* a 10. *MEVRSI* editis lib. I.  
de *thematibus* p. II., quae latine sic redduntur: olim vero et ab ini-  
tio, legiones quaedam per singulas prouincias distributae extiterunt,  
quemadmodum legio XXXX martyrum, et alia *pīsdica*, et alia *the-*  
*fīca*, aliaeque aliae vocatae.

## LEGIONIS FULMINATRICIS. LXXXVII

*ρευνοθέλος* adeo abesse a textu, ut cum reliquis connexa nullum plane sensum fundant, et omne sermonis filum abrumpan; tum glossema ex PROCOPIO desumptum nihil indicare, quam hanc legionem XXXX martyrum candem esse cum fulminatrice(w). Tantum igitur abesse ille locus a plurium legionum fulminatricium demonstratione, vt porius communem confitantemque graecorum sententiam de legione XII in *armenia* collocata hoc nomine insignita comprobet. Denominatio legionis *geminæ* (x), non duas fuisse legiones fulminatrices demonstrat, sed unam illam duodecimam fulminatricem constitisse duabus legionibus antea diuersis, quae ob exiguitatem in unam coerint(y). Quodtamen iam ante VESPASIANVM factum fuit, et verisimilime sub AVGVSTO, quum in ANTONII exercitu legio XII compareat (z), quo debellata illae XVIII legiones a DIONE (§. LIII. x) recensitae delectu et supplemento ex reliquis facto institutae fuerunt (a).

(w) Quum ex PROCOPIO (§. LV. d) considerit legionem XXXX martyrum fuisse duodecimam, aliunde autem notum fuerit gessisse leg. XII nomen *fulminatrica*, facile fieri potuit, vt aliquis margini adleuerit ἐλέγητο *κεραυνοθέλος* quea verba, si ad textum pertinerent, legi deberent, οὐ καὶ *κεραυνοθέλος* ἐλέγετο. Si SCALIGER illius loci ex PROCOPIO conscius, aut memor fuisse, neque ita suspicari potuisset aliam hic commemorari legionem fulminatricem, neque MOYLVN, qui ex PANCIROLLO haec perspecta habuit, inducere vt legi-  
nem aliquam *pisticidam* fulminatricis nomine venisse existimaret.

(x) Quae in *rheſ. grut.* occurrit p. CCLXXXVI n. IIII. vnde apparet eam iam VESPASIANI tempore geminam fuisse.

(y) Quod DIO Cassius palam facit I. c. (§. LIII. x).

(z) MEDIO BARBV S I. c. (§. LIII. x) p. XX. duas commemorat ANTONII legiones XII.

(a) Argumentum, quod praeter commemorata KINGIVS I. c. p. DCCLVIII ad colorandam opinionem improbabilem profert ex *noritia imperii*, quae mentioni legionis *fulminatricis* addicat stationis commemoratiōnem, eaque re subindicit aliam exstisitae legionem huius nominis alibi dispositam, ex ipso hac *noritia* satis aperte conuellitur, in qua non solum nusquam alia compareat, licet omnium legionum illius temporis index exhibetur, sed singulis legionibus locus praesidii apponitur, quae eam ob rationem, si quid valeret, duplicarentur omnes.

# AESTIMATISS. RESPONDENTI

SAL. PLVR. DIC.

## P R A E S E S.

**P**rimus prodidit in arenam publicam ex palestra domestica, quae hanc aestimatem exercitatum TE una cum delectis commititonibus tenuit, atque etiam dicere exercebat. Quorum hic censum agam, ut et TIBI mihi memoriā gratissimi temporis in doctrinis sacris curatius disputandis consumti propisciam, et opportunatatem nanciar publice praeedicandi ingenia excitatoria, virium contentione, proficiendique ardorem, quem mihi approbarunt, non quidem omnes aequaliter, singuli tamen laudabilem. Si a TE discesseris, his sunt ex litterarum ordine dispositi: MAGNVS ALOPAEVS Wiburgo Finnus, ANDR. ARENDVS Holsatus, GE. HENR. BORZ Prussus, IO. GOTTLIEB CALOV Writzenfis Mecklenb. DETHLEV CHEMNITIVS Holsatus, CHRISTI. CHRISTO. CLAVSIVS Frohsa-Magdeb. MARCVS CLODIVS Danus, ERICVS COLSTRV P Norwagus, IO. FRID. DANNEIL Quedlinb. FRID. THOM. FÖRSTMAN Westphalus, CHRIST. FRID. IERICHO Wettinenfis-Magdeb. IO. LVD. KEMPE Frisius, IO. NIC. KIRCHHOFF Magdeb. IO. HENR. MEY ENBERG Clausthalia Hannouer. CHRIST. IAC. NEV MEYER Magdeb. GARRELT CONR. POPPEN Aurica-Fris. M. IO. BARTH. RIEDERER Noricus, HENR. IO. SACHSENENS Elsfalimburgenfis, GE. DAV. SAHLER Montisbelgardenfis, THEOD. WILH. SCHVLTZE Tremontianus, CHRISTO. IOS. SVRCO Region. Marchicus, CHRIST. WILH. WEISSENBORN Pomeranus. Habet nomina hominum, in quibus bene multi ad praecella quaenam entitutur, quorumque nomilli breui TE excipient in cathedra tirocinia publica positiuri. Aemulaberis illorum industriam et progressus, atque ut morum integritate, bona mentis studio et laborum assiduitate alii exemplo fuisse, ita in posterum TIBI constabis, et optimam spem, quam patronis, praceptoribus, TVISQUE fecisti, sustinebis ac superabis. Quod iussus a sanctiore regimini Magdeburgici curia legum regiarum de alumnorum publicorum speciminibus academicis obseruantissima, ante ultima stipendiia disputabis, virisque nostrum labor properandus fuit, occupationum diariarum varietate distractis. In publico confititu partes TVAS recte obibis, neque ego meis deero, ut defensionem facilem TIBI et securam praeferam. Reditum in patriam, quem mediatis, precor auspiciatissimum. Faxit DE VS O. M. ut in summa ingeniorum ciuitati sacre profuturorum difficultate bonae frugis iuuenes litterarum studia feliciter tractent, omnesque, qui ingenio et litteris valent, cauffae divinae vindicentur, TVque in primis laborum fructus capias e re TVA et virtutati publicae feras uberrimos. Dedi Hatac ad Salam in acad. Frid. d. XVIIL Aug. CCCCCXXXI.





00 A 6398



5b.





11

EXAMEN  
**MIRACVLI LEGIONIS FVLCI-  
NATRICIS**

CONTRA  
**THOMAM WOOLSTONVM.**

DISSERTATIO III.

QVAM  
PRAESIDE  
**SIGISM. IACOBO BAVMGARTEN**  
THEOL. D. ET PROFESS. ORDIN.  
D. AVG. MDCCXXXI.  
H. L. Q. C.  
DEFENDET  
**ARETIN ISRAEL BANDELOW**  
MAGDEBURGENSIS

HALAE MAGDEBURGICAE  
SVMTIBVS IO. ANDR. BAVERI, MDCCXXXI.